

KATHXH-

ΣΙΣ ΜΑΡΤΕΙΝΟΥ ΔΟΥ-
Θερ'ου ἐν καλουμενή μητρά, ἐλ-
λωιοφλατίνη.

Catechesis Mar

T I N I L V T H E R I
parua, Græco-
latina.

Accesserunt & alia quedam uaria, ar-
gumenti pij, utilis & iucundi, unde &
pietatem & linguam Græcam ado-
lescentes discere pos-
funt.



Omnia à MICHAEL E NE-
ANDRO Sorauiensi
edita.

BASILEAE, PER IOAN-
nem Oporinum.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΕΝΤΥΓΧΑ-
ΝΟΥΤΑΣ.

Δοῦτε νέοι πάντας, ηγὲ διῆργος ὅρχιδε γέροντες,
οἵτινος ὀρανίοις οὐαὶ γε θίλασι βίοι.
καὶ βίβλοι ταύταις ὑμῶν ἐνὶ φρεσὶ τιθέντος,
ἀνάς γάδειρη γυνάσετε πόγμα δεῖ.
πάντας αὖτὴν ὁδὸν πρὸς φώματα ἀφθιτούς
χρησάτε οἱ χαρίτες διηρα βροτοῖσι φόροι.
τοῦ πατρὸς οἰκτερμὸς, ὃν σὺν φρυγίᾳς τι,
διηρα παραπλέτο ηγὲ βίβλος αὖτὴν ἔχει,
ὅτι μιηρὰ βίβλος, ηγὲ σώντομος, ἀλλά γε πᾶσι
χριτιανοῖσιν ἀπλῶς ἐπέλειμπο.
πωσύλετε οὖν πισταχῆς οἱ δέκαταις παντοῖς ὄρασται,
οινὸς μελέτῃ ταύταις ηγὲ αἰναγνῶτε βίβλον.

R E U E R E N D I S S I-
M O P I E N T I S S I M O Q V E
Patri ac Domino, D. THOMAE STANGIO,
Abati in Ilfeldt, Domino suo obseruan-
dissimo, gratiam & pacem Domini nostri I E-
S V C H R I S T I, ac constantiam in semel
recepta & agnita sola saluifica doctrina de filio
Dei, piorum omnium sufficientissimo solo Salua-
tore, precatur uerè & ex animo, M I-
C H A E L N E A N D E R
Sorauiensis.



Ion Chrysostomus,
& orator & philo-
sophus præstantissi-
mus, optimusq; Ho-
mericæ poeseos in-
terpres, uenerande

D. Abas, oratione quinquagesima
tertia, quam de Homero, eiusq; uir-
tutibus ac laudibus scripsit, testis est,
in tāto precio poemata Homeri, ua-
tis ut uetustissimi, ita quoque iucun-
dissimi, omnisq; humanioris litera-
ture parētis, semper habita fuisse, ut

Epistola

4

& barbaræ gentes, seu admiratione
uirí ducti, de quo tam multa per or-
bem sparsa audiuerant, seu dulcedi-
ne carminū eius commoti, seu etiam
res ipsas, quas ingeniosa oratione
persequitur, cognoscere cupiētes, e-
ius scripta in suam linguam, qua ute-
bantur, transtulerint. Id quod Indos
fecisse, his uerbis planum facit: καὶ
πρὸς ἵνδοις οἱ δέδοι φασὶν τὰ δύκες ποίη-
σιν, μεταλαβόντων αὐτὸν εἰς τὰ σφετέραν
διάλεκτον τε καὶ φωνὴν· ποσθτον ἤχοντι
ἔνος αὐδούσις μάστική. οὐδὲν ἔμοι γε τῷ δυ-
νάμενῳ ταύτῃ ταῖς τε σειρῆνας ἴστροβαλέας,
καὶ τὸν ὄρφεα. Additō, quamuis i-
psis Indis multa sidera non oriuntur,
nec ea uideant quæ alibi in alijs qui-
busdam terris sint notissima: noluīs-
se tamen inexpertes eos esse casuum
Priami & Andromaches, & luctuū
Hecubæ, & Achillis atque Hectoris
fortitudinis. Hæc sunt quæ Dion de
Homeri scriptis, & quo loco apud
ueteres tam gentes quam barbaros
habita sint, prodidit.

Sed id

Verum id non tantum Homero, sed
praeterea etiam quamplurimis autho-
ribus alijs accidisse, qui magno cum
labore, multisq; cum impensis non
in unam, sed in omnium propere gen-
tium ac nationum linguas, & olim &
nunc cōuersi sunt, publicis etiam sum-
ptibus, multa possent adduci testi-
monia, quae id facile palam facerent.

De Aristotele, philosophorum (ut
uocant) principe, notum est, quod
sint reperti, quos de scriptis eius
quædam in lingüam Hebreæ, Chal-
dæam, & Arabicam transferre non
pœnituerit. Alij etiam, qui plerosq;
eius libros Germanica ciuitate do-
nauerint: multo uero plures deinde,
qui uel sacris & diuinis spiritus san-
cti oraculis eundem authorē, suum
illum magistrum de summis seu acu- Den mey
tis sensibus (ita enim eum uocarūt,
& citarunt in publicis concionibus, ster von
quemadmodū saepe ex tua Paterni- den hohē
tate audire nos meminimus) prefer-
renon dubitarunt. Alij etiam inuen- synnen.

6 Epistola

ti sunt, qui & impudenter & blasphemè, in publica etiam concione affirmare non erubuerunt, homines de Deo, eiusq; uolūtate, uel ex solo Aristotcle sufficienter eruditī: uitamq; hominum cùm publicè tum priuatum, recte institui & gubernari posse: etiam si sacrosancta Biblia, quæ sola sunt, in quibus tanquam in fascijs

* *Floruit ante annos 150, teste Volater rano.* inuolutus noster cubat thesaurus, spes nostra unica, noster Saluator

a. *Is est Demetrius Cydonius Thessalowicensis, qui uixit annis abhinc ducentis. Vide Volaterranū in Anthropologia.* C H R I S T V S, è medio tollerentur. homines ἀπλυγιότες eximie, blasphemī in Deum: & à Cacodæmone, à quo uincti tenēt, agitati manifeste.

Ouidij Metamorphosin, fabularum poeticarum omnium panegyrin, eiusdemq; Heroidum epistolas, Græca ueste induit * Maximus Plannudes, monachus Cōstantinopolitanus: cui quidam, tanquam primo auctor, fabellas quæ Aesopi nomine circumferuntur, adscribere non dubitant.

b. *Thomas, Alberti magis in couentu Coloniensi auditor, mortuus est anno Domini 1274 secundum Trithemium.* ^a Alius quidam, ^b Thomæ de Aquino,

quino, monachi de Ordine fratrum
predicatorum, curiosas, intricatas &
~~erratas~~, deinde exiguae aut nullius
etiam frugis quæstiones & disputa-
tiones, uolumina ampla, magno cū
labore Græcè reddidit, quæ adhuc
hodie in Vaticana bibliotheca pon-
tificis Romani custodiri feruntur.
Platonis etiam philosophi quædam
in Italicam linguam tralata sunt. Ipse
denique fabularū pater Aesopus (sī
modo fuit unquā Aesopus aliquis)
Hebraicè nuper nescio ubi in publi-
cum prodijt. Denique, quid que-
so scriptorum Ethnicorum unquam
publicum accepit, quo cunq; etiam
idiomate proditum, quod non sta-
tim artificem suum inuenerit, qui pe-
regrinam uestem ipsi non statim ac-
commadarit, idq; alia atq; alia sub-
inde forma, nunc Græcè, nunc Lat-
inè, modo Italicè, modo Gallicè, &
sic deinceps?

Quæ an probanda sint in omnib.
authorib; & an labor is cum utili-

tate aliqua coniunctus sit, cum mul-
ti autores, philosophi præcipue, e-
ius sint generis, ut Germanicè, uell
talicè, uel Polonicè loqui, doceri
haud possint: Græci præcipue, qui
uix multo cum labore, longoq; usu
& tempore, quomodo cunque Latini-
nè dídicerunt, non huius est loci de
eo decernere. iudicabunt id alij, no-
bis longè doctiores, & quorum indi-
gnum & minimum discipulum nos
libenter profitemur: quorumq; vir-
tutes facilius admirari, q; rām imita-
ri possumus. Quare ea questione re-
licta, ad id nunc descendemus, quod
huius epistolæ caput est.

Quia igitur, obseruande domine
Abas, tantum studij, laboris atque
temporis, multi magni viri impende-
runt Ethnicis autoribus, ut ipsorum
scripta omnibus hominibus nota fa-
cerent: recte, pie etiam & laudabili-
ter facere non dubitandum est, illos,
qui aliquid operæ & temporis po-
nunt non in Ethnicis scriptis trans-
ferendis:

ferendis; sed ijs potius libr̄is, qui nob̄is recitant non raptus seu puellarum seu puerorū, adulteria ue Iouis, Veneris ue cum Marte cōcubitum, aliaq; id genus nefanda & flagitiosa scelera, incestas nuptias, hominesq; mactatos in deorum cōuiuio, dijsq; ad epulandum propositos (quemadmodum est apud Pindarū de mastato Pelepe Tantali filio) ad quæ & piæ mentes cohorrescunt, & Sol atque Luna expallescunt, totaç; rerum natura contremiscit : sed quæ erudiunt nos sanctè, piè, atque reue renter : pios docentes de Dei patris nostri in cœlis, clementis & misericordis erga nos, miseras ipsius creaturas, propitia, paterna, amica atque beneuola uoluntate : ostendūt quoque nobis, atque enarrant beneficia immensa filij eius Domini nostri IESU CHRISTI, unicissimi nostri ☩ μονωτάτου ιματισμωτηρ θεωρησ μόνος κα φραγεις : de uero Dei cultu, quo solo uult coli, adorari, & inuocari in

spiritu & ueritate, singulos informates: monstrantes quoque, unde lapsis uenia sumenda, unde quoq; imbecillibus & infirmis nobis fidei infirmæ & uacillantis confirmatio petenda sit. Et indicantes denique ueram facilemq; salutis uiam, pollicentes nobis æterna & spiritualia bona uitæ cœlestis: cuius hæredes & possessores per solum CHRISTVM nostrum, solum & unicum Saluatorem, satisfactorem, mediatorem, & supplicatorem, & intercessorē, pro nobis hominibus apud æternum suum patrem, effecti sumus.

Talis libellus & is est, quem PARVVM CATECHISMVM MARTINI LVTHERI, sanctę memorię pri mi nostro seculo ueræ puræq; doctrinæ repurgatoris, cui plurimum debet Ecclesia renata, nominare solent nostræ Ecclesiæ. Is libellus, quamuis quantitate paruus, doctrina uero multo maximus, quantum boni effecerit ubiq; in omnibus Ecclesijs &

desijs & scholis, recte & piè consti-
tutis, ubi ediscēdus cùm adultis tum
paruulis propositus est, tam notum
est omnibus, ut longiore oratione id
declarare uelle superuacaneum sit.
Eum quoque quanti ipse Lutherus,
S. memorie uir, de tota Ecclesia pre-
clarissimè meritus, fecerit, & quòd
unum de præcipuis suis libris esse uo-
luerit, sæpe audiuimus ex clarissimo
uiro D. doctore Iusto Iona: uiro qui
& cum Luthero semper uixit cōiun-
ctissimè, fratrisq; loco ab eo habitus
est, & qui pleraq; ipsius dicta & de-
uarijs rebus iudicia tum obseruauit
ut quisquam aliis diligētissimè, tum
etiam meminit fidelissimè. Tuos e-
tiā de eo libello sermones pios me-
minimus. Et quòd eum plurimi fa-
cias, īdicio sunt, quòd & in tua Ec-
clesia à pueris recitatur sæpiissimè,
cui recitationi interesse semper so-
les diligentissimè: tum etiam, quòd
in tua schola (quam magnis sumpti-
bus tu, de multis, te longè opulen-
tioribus,

tioribus, Abatibus propè unus insti-
tuisti, foues & alis liberalissimè, di-
scēdus scholaſticis pariter omnibus,
minorib. cum maioribus, proponit.

Eum libellū ſcholæ tuæ alumnus
I O A N N E S M Y L I V S Gerenro-
 densis, adolescentēs pius & modestus,
 ſummeq; ſpe iingenio preditus, Grē-
 cē à ſe conuerſum, nobis exhibuit:
 quem emendatum correxiimus, idq;
 dedimus operam ſedulō, ut & phra-
 ſis eſſet Græca, pura atque facilis, &
 cum uerbis ac ſentētia Lutheri quan-
 tum omnino fieri poſſet, cōueniret.
Quem cum oſtendiffemus deinde
 doctis quibusdā uiris, clarissimo ui-
 ro **D. A N T O N I O N I G R O**, Me-
 dīcinæ doctori, uiro uere eruditō, lin-
 guæq; Græcæ peritiſſimo, & paulo
 pōſt ex hāc miferia in æternam pa-
 triam auocato, domino & amico no-
 stro colendissimo, tum etiā alijs qui-
 busdam & pietate & linguarum co-
 gnitione haud uulgarī preditis: eam
 conuerſionem nō tantum probare,
 sed e-

sed etiam ut communē faceremus a-
lijs, nobis hortatores esse cœperunt.

Quare ipsorum monitis ut obtem-
peraremus, adiecimus erégionē uer-
sionem Latinam uulgarem, in om-
nibus scholis hactenus receptā. Ad-
didimus etiam singulis partibus, in
quas libellus diuisus erat, præcipua
sacræ scripturæ dicta ac testimonia,
de præcipuis capitib. doctrinæ Chri-
stianæ à spiritu sancto per os Prophè-
tarum, Christi & Apostolorū tradi-
ta: quæ pueros unā cum lacte imbi-
bere, & pium & utile est. Symbola
etiā tria, Nicenū, Athanasij, & quod
sub Ambrosij & Augustini nomine
in Ecclesijs canitur, omnia Græcola-
tina similiter adiecimus.

Ad finē quoq; appendimus alia
quædam argumenti similiter pñ &
utilis, ex Suidæ philología, Eusebio,
Theodorito, Sozomeno, Nicepho-
ro, Iosepho, Philone, & Epiphanio,
historiæ Ecclesiasticæ scriptoribus:
Clementis quoque Alexandrini, &
Gregorij

Gregorij Naziāzeni scriptis, autho-
ribus Græcis, quemadmodum non
uulgaribus & uetus, ita quoque
non ita pridem ex Bibliothecis, in
quibus hactenus sepulti longo tem-
pore delituerant, in conspectum ho-
minum græcè productis, talibusq;
qui & apud paucos inueniantur, &
a pauciorib. propter precij magnitu-
dinem comparari possint. Quæ o-
mnia uel hoc nomine grata futura
speramus iuuentuti, quod unà cum
pietate, res tum lectu iucundas, tum
etiam Græce linguae cognitionē di-
scere cupientib. in primis utiles sup-
peditabunt: idq; multo maiori cum
fructu, quam si Lucianī, & in deos
& homines blasphemī, uel Gallum
de metēpsychosi aut metamorpho-
si prodigiosa animarū, hoc est migra-
tione earum in uaria corpora (quod
dogma Pythagoræ tribuunt autho-
res) uel alium quemcunq; eius Dia-
logum legerint, in quo uel Christia-
nam ridet religionem, conuicia eru-
ctans

Etans in ipsum quoque Dei filiū, quē ^{Vide Lucia-}
^{αὐθηλοπισμόν οὐ φίσιν}, hoc est, de ^{num in mor-}
palo suspensum sophistā cognomi-
nat, uel alia cōmemorat confingens,
quā à teneris & pijs auribus procul
decet esse remota.

Honestē profectō & piē consultū
uolumus iuuentuti, quam adiutam
& promotam cupimus nostra etiam
imbecillitate. Atque ei hactenus, ut
speramus, nostra etiam opera qua-
liscunque, quam exiguum tamen &
tenuem esse libenter fatemur, nō in-
feliciter desudauit. Eídē & hanc con-
uersiōnem parauimus, non ignari &
insciij rem esse omni periculo obno-
xiām, hoc præsertim corruptissimo
& peruersissimo seculo, in tanta ho-
minū iniquitate, aliquid publico e-
xamini subiçere: ubi plures semper
sunt qui reprehendāt longè facilius,
quām qui uel imitentur, uel etiā me-
liora ipsi faciant. Sed solabitur nos,
commune illud nobis esse cum bo-
nis omnibus: uetus enim ea querela
est.

est. Et Pindarus, uates ut antiquissimus, ita quoque castissimus, idem iam olim questus est, cum sic ait:

In Nemæis hymno octauo de Aeacis iocuēs. Νεαρὸν δὲ δύσηρόν ταῖς θύμιναις
Βαστίνως δὲ ἐλεγχοῦ ἀπασ κινδυ-

απήγεται δὲ δύλωμα αὐτοῖς,
χειρόνεσσι δὲ σκορπίζει. Et nec Iupiter placet omnibus, seu pluat seu abstineat, quemadmodū in uersu Theognidis dicitur:

— δέ τις δέ τις
διδύωμαν ταῖς αὐδαῖς, διτ' αὐτοῖς.

Et rursum Theognis de seipso, & suis uersibus:

αἰσθοῖσιν δὲ πάπα πᾶσιν ἀθλῆσιν μάναται.

Ad te autem, humanissime & uenerabilis D. Abas, præsentem libellum mittimus, ut & inde cognoscas fructum, quem in tua schola ex studijs iuuentus percipit: & alij quoq; tui ordinis homines, quod imitetur, si uelint semel, ob oculos positū habeant. Deinde etiam, ut de nostra promptitudine, studio, animo atque amore,

amore, omnia honestissima & pro-
ptissima testata tibi faceremus: que
omnia, certò nobis persuadeimus, a-
nimo æquo & bono accipies.

Tuam paternitatem Dei filio I E-
s v C H R I S T O , humani generis
redemptori, commendamus: quem
& rogamus, ut te ad sui nominis glo-
riæqp propagationē, & tenerè iuuen-
tutis utilitatem, saluum, & firmū at-
que in columem *ῳδὶ μηκισοψ* cōseruet:
iuuetqp & promoueat, quod ad i-
psius gloriam & pauperum utilita-
tē obnixe conaris, ut ita semper tua
Ilfelda in omne tēpus portus & ho-
spitium pauperibus scholasticis, quō
se ad studia receptēt, aperta & prom-
pta inueniatur: Amen, amen. Tu
modò curre, quemadmodum cœpi-
sti: urge, quemadmodum consueui-
sti: animum retine, quem semper
habuisti: & uidebis Dei gloriam, ui-
debis mirabilia Domini, quid possit
qui sedet in cœlis, qui uiuit & re-
gnat. Nec tibi imponat, uel ab insti-
b tuto te

tuto te abstrahat, mundus immundus, qui peribit & transibit cum gloria sua, quemadmodum scriptum est per prophetam Esaiam, dicentem: **L**euate in cœlum oculos uestros, & respicite ad terrā deorsum, quoniam cœli ut fumus peribunt, & terra ut uestimentum inueterascet, & habitatores eius uelut hæc interibunt. **S**alus autem mea in æternū erit, & iusticia mea non deficiet.

Cœlum nobis patria est: eō contendimus. Valeat ergo mūdus, cum omnibullata sua gloria. Quæ Dei ergo, ipsiusq; gloriæ illustrandæ sunt, ea dum uiuimus, diligenter quaeramus: successum Deo committentes, semper anhelantes, & animum attollentes ad æternam illam domum: cumq; Gregorio Nazianzeno assidue dicentes,

Θυμέ βλέψειν αὐτῷ, χθονίων δὲ ἐπιλύθεο παύται
μήδε σε νησόν πρὸς λαπότητα δέμας.
τυφώς μονὸς θεός οὐ τοσοῦ δὲ ὄλβιος, ως εὐ οὐειώ
τέρπεται, ἀλλοὶ δὲ ἀλλοις ἐνυρσε τύχῃ.
μόνη

Nuncupatoria.

19

μάνης ἡ γῆς λαθαρῆς βίος ἐμπεδος αὖτις,
λαὶ πολὺς, ὅμη γένειν αἰρεότοροι.

Etrursum alibi in Gnomis δίσιχοις,
ἄλλοι μηδὲν γνωσθούσι, οἱ δὲ αἴρυντοι, οἱ δὲ τραχεῖσιν
τιμῶσιν λιπαρίν, παίγνια τεῦθεις βίοι.

ἄλλοι δὲ αὐτοῦντον λαλὰν γνωστα, λαὶ γένεις αὖτοι
πυροφόρους, ἄλλοι τείραπόδων αὐγέλας.
ἄνταρτοι μοι γένεις, πλάτος μέγας, ὅμη ποτὸι ιδεῖμος
καὶ γυμνῶν λαθαρῶν, τάλλας δὲ λόσιος ἔχοι.

b 2

AD REVERENDVM VI.
RVM D. ABBATEM THOMAM
Stangium, Musarum hospitem, & stu-
diorum patronum fide-
lissimum.

DOCTE uir, eternos pietas cui præstat ho-
nores,
Cuiq; pium uirtus nomen habere dedit:
Quæ tibi iam sterili mittuntur scripta camœna,
Suscipiens æqua mente probare uelis.
Debita pro meritis, queis se mea carmina debent,
Nostra, hæc parua tibi munera, rura ferunt.
Sunt equidem fateor uilißima dona, nec unquam
Officijs fuerint æquiparanda tuis.
Nâ rudis, & tenuis nimis, hæc sunt scripta Miner-
Ie iunoq; nimis sunt perarata stylo. (ue
Tu tamè hæc placidè capies, uenerande patrono,
Vilia pacato pectore scripta lege.
Has modò primitias primas meus edidit hortus.
Atq; dedit sterili munera prima solo.
Ergo meos placido capias hos mente labores:
Nam sunt hæc studij germina prima mei.
Non equidem nobis freti, nostroq; uigore,
Sponte sua nostra hæc nec fuit ausa manus.
Ast præceptoris, patris mihi iure colendi,
Consilio sunt hæc cuncta peracta pio.
Nam bene consultum teneræ cupit ipse iuuentæ,
Quem-

Quemlibet ex studio posse iuuare suò.
 Ergo meis studijs simili ratione, modoq;
 Consulit, ac prompta mente fouere studet.
 Has nunc primitias humili tibi pectore mitto,
 O' decus ô Clarij summe patronē chorū:
 Ut possis nostri fructus sentire laboris,
 Acceptos uobis quos mea Musa refert:
 Ac uideas mentis gratissima pignora nostræ,
 Ista licet meritis sint superata tuis.
 Nam tua non poterunt nostri pia munera uersus,
 Dicere, nec laudes enumerare tuas.
 Me tua muneribus largis clementia iuuit,
 Ac aluit, promptè corpora nostra fouens.
 Et me commisit docto fidoq; magistro,
 Qui nos assidua sedulitate docet.
 Sedulus hic studijs pueros informat honestis,
 Atque rudes animos arte docere potest.
 Matris ab uberibus infans lactatus, ut ore
 Lac bibit, ex lactis munere corpus alit:
 Sic simul edociti, doctrinæ dogmata sanctæ,
 Optima percipimus cum pietate D E I.
 Artes ingenuas doctè, moresq; decoros,
 Ipse suos mira dexteritate docet.
 Huius ego cunctos, ô præses summe, per annos,
 Tecum uiuaci nomina laude canam.
 Ipse quidem magno laudari dignus Homero,
 Phœbea lauro, Pindarica ue chely.

Tu uero nostris semper memorande Camoenis,
 Maior Apollinea Castaliaq; lyra.
 Tu uerum decus, ex studiorum gloria summa,
 Aonij praeses, lumen, honorq; gregis.
 Gloria Musarum es nostro rariissima seculo,
 Virtutis decus es, tu pietatis honos.
 Non tua barbariae sunt oblitera pectora inertis,
 Facundas artes scis, simul atq; colis.
 Et quamuis senium iuuenili robore dignas
 Iam uires grauet, ex lassa senecta premat:
 Insuper impedian te magna negotia rerum,
 Sæpius à Musis quæ reuocare solent:
 Non tamen à studijs uigili sudore quiescis,
 Nec te his delicijs posse carere putas.
 Tantus amor pietatis inest, ex tanta cupido,
 Artibus ex Musis imuigilare pijs.
 Hoc solum meditans facis, hoc moliris ex unum,
 Hoc studio summo nocte dieq; studies:
 Ut tua diuinæ prosint pia munera laudi,
 Officij; geras munia recta tui:
 Quisq; tenes ut opes ueros referantur ad usus,
 Præcipue ex tantum templo scholasq; iuuent.
 Te, uarijs curis Ecclesia fracta, patrono
 Erigitur, magnis ipsa leuata malis.
 Hospitium præbes spretis tua tecta Camoenis,
 Atq; foues artes qui didicere bonas.
 Deniq; cuncta piae facis ut sint pignora mentis,

Ac opus

Ac opus hoc summo seruiat omne Deo.
 Maiora at tanto hæc quærunt præconia laudis,
 Actua nobilior nomina tollit honos:
 Quod nemo, quibus hæc fortuna beatior astat,
 Hæc faciat, saltem uel uelit ista sequi.
 Maior at ignauo nimis est pars dedita uentri,
 Ut repleant lautis corpora obœsa cibis.
 His magis arrident, uitæ secura uoluptas,
 Ocia, luxurias, Bacchus, amœna Venus.
 His Epicurææ placet impia regula uitæ,
 His sibi delicijs gaudia tuta parant.
 Ac queis pauperibus potius prodesse decebat,
 Lasciuæ apponunt hæc bona cunctæ gula.
 O'utinam reliqui simul hæc tua facta sequantur,
 Quæis auri ex censu copia maior adest:
 Non agat afflictas tenuis fortuna Camœnas,
 Nec premat inualidas fors minus æqua deas.
 Te licet at pauci merito dignentur honore,
 Ac ferè sit nullus qui uelit ista sequi:
 Tu tamen æterno nobis celebrandus honore,
 Laudèq; perpetua ritè colendus eris.
 Hanc non ulla tibi delebunt tempora famam.
 Nomen at eternos stabit in orbe dies.
 Tu modò tam sanctis noli desistere cœptis,
 Strennuus ast opus hoc condere perge tuum.
 Eximia est uirtus, rectè bene cœpta tueri,
 Fortiter ergo, quam quis cœpit, adire uiam.

Omine fœlici cœpto ceſſe labori
 Non decus eſt, uirtus eſt mala quæq; pati.
 Te pietatis amor uincat, rectiq; cupidο,
 Atq; tui tangat te pia cura gregis.
 Plura tibi C H R I S T V S (nā ſunt ſua præmia iu
 Fœnore pro meritis uberiore dabit. (ſto)
 Te nihil ignauæ moueant exempla cateruæ,
 Quæ tantum eſt Cypriæ dedita turba deæ.
 Nam breuis hæc uita eſt ad turpes condita luxus,
 Debetur ſummo uita caduca Deo.
 Pectoris ipſe pios ſinceri prouehit actus,
 Atq; regit ſanctæ candida uela ratis.
 Ergo nihil dubites, quim hæc digniſſima laude
 Facta tamen ſancto ſint placitura Deo.
 Tu modò uiue diu, cœptoq; iuſſe labori,
 Sic tibi cœleſtes inde parabis opes.
 Viue diu cunctos nobis uenerandus in annos,
 Ac ſuperes Pylio ſecula plura ſene:
 Viue ualeq; diu Muſarum gloria prima,
 O decus, o hospes, uiue ualeq; diu.

A D E V N-

A D E V N D E M S Y N-
τομώτερον.

Ως τοιν φέρεται αὐτῷ, ταῦταν πειθέσατε αὐτῷ.

Μαστάρη ξεῖνος λικὴ ιορυφάσιος ἐών. (Διεῶν,
πρωτογόνας αποδλᾶς σὺν φρωματάμβαν' απαρχαῖς,
αἷς σοι αποσέλλων πρῶτα τὰ διῆρα φέρω.

Ταῦτα ἐμοῖο βλέπεις φύσεως βλαστήματ' αὐγανὲ,
λικὴν ερῆταις τοίς ὡς νεόδρεπῆ φυτά.

Ἄρδενες δὲ τὸν ἐφυσαν μὴν ἐνδοιακ, γέτε αἴφ' αὐτῶν,
ὡς φανδρῖος, ἔτι λικὴ ὄντα, τέλθιλε, νέα.

Αλλά γε τῇ βουλῇ ἀγαθῇ τοῦ ἐπιστάτου ἡμῶν,
τοῖς ἄλλοις ἐσὶν ταῦτα γραφεῖται νέοις.

Καὶ σοι αποσέλλω, σὺνῷ τινὶ λαβὲ θυμῷ,
λικὴ τοὺς σὸν φρονέων σέργε ἐμοῖο τόνους.

Τολλάγαρε σύθαδί ἐμοὶ σεόθην ταφά, λικαλὲ ἔγενον
πράγματοι λικὴ πλείσταις τὸν ἐβόηθες ἐμοὶ. (Τοι,
καὶ ἐμοὶ ἐν λιραδίνις ἐπορευεσθῶσι μετεπόσιν τε,

αλλά τε οὐδὲν δοσα αὐλάγη ἔχει.

Τεχνῶν προσάρτην τε τατῆρ μασῶν θοραπόντων,
φέγγος αφίζηλον, τουλύφατόν τε λιλέος.

Εὐγαρέγερομενάς μούσας σέγος εἰς σέο μέξω,
λικὴ ξενῆς ὄμῶς ὡς ἐπιεικῆς, ἐδεις.

Λικὴ χρήσουσι χρέος ταφέχεις χόρσ' σὺν μενετῆσιν,
λικὴ ταῖσιν ταῦτας ἔοις ἀργός αὐτῆς.

Ἔθε γε λικὴ ἄλλοι πλείω τοινόδιωροι ἐόντες,
βούλοιντο γηλόν πράγματα ταῦτα σέο.

αλλαδ μόνῳ αρχετῷ φέμαισοι ἐποντος αριστολοι,
δίξαν τὸ σύνυμον λιὰν ἀμέλλησον ἔχεις.
Ταῦτο εὖρη πραγήσαμενος μή πως απολήγε αἷμαναρ,
ῶμονσῶμφ σπέπασ ὡν, δίξα, αρχαγὸς, ἔρως,
οὐ νεχθόνιος τολλοὺς οἰσάγωρ ἐρρώσο αριστα,
ἔρρωστ ὡμανοδῆς μοῦνος ἀμεινορ ἐμῆς.

Tux paternitati
deditiss.

Ioannes Mylius Gerendensis, scholæ tux
alumnus.

AD SCHOLAM ILFEL-
densem προτρέπετο
κόρ.

Accipe diuum studiosa iuuentu libellum,
Quæ colis eternum religionis opus:
Quem prius eximij uernacula lingua Lutheri
Edidit, & sancto protulit ore D E V S.
Redditus hic tibi iam Graio sermone recurrit,
Et tibi fœlici numine prodit opus.
Suscipe nunc grato gratis quæ pectore dantur,
Atq; hæc præclari muneris instar habe.
Semper & hæc repetes imis infixæ medullis:
Huic simul & grates, qui dedit ista, feras.
Non minus est meritis nam res gratissima, grates
Soluere, quam res est ingeniosa dare.
Imperet,

Imperet, hinc disces, quid' nam diuina uoluuntur?
 A' quibus ac homines abstinuisse uellet:
 Hinc bene cognosces quae sit uia uera salutis,
 Summa quid angustam pandat ad astra uiam;
 Cœlica quo pacto, cernes hinc, regna parentur,
 Et nitidi possis templa subire poli.
 Atque uides, Christus, nostra spes sola salutis,
 Que tibi propensa munera mente tulit.
 Te quibus et donis, quantisq; xæciso uasip auxit,
 Pectoris atq; sui mitia signa dedit.
 Hic iterum ueniam peccati mole grauatis,
 Hic animæ fesse mite leuamen habes.
 Hic datur exiguae fidei obsignatio nostræ,
 Que nos heredes efficit esse Dei.
 Nullus enim meritis rutilum concendit olympū,
 Sola sed in Christum dat pia regna fides.
 Tanta tibi, studiose puer, iam commoda dantur,
 Ora queant uix ut dinumerare decem.
 Nam per saluificas Christo coniungeris undæ,
 Quas dedit æterni gratia sancta Dei.
 Tempore que nobis Deus et promiserit ullo,
 Cuncta tibi præstat parvulus iste liber.
 Hunc precor idcirco grata lege mente libellum,
 Et tibi cognoscas commoda quanta ferat.
 Insuper agnoscas tibi que uenerabilis Abbas
 D: tulit, hic plena munera larga manu.
 Sumpibus eximijs multos te fouit in annos,
 Et cito

Et cumulat donis, munera prisca, nouis.
 Namq; tui curam semper gerit ille fidelem,
 Teq; potest illi gratius esse nihil.
 Hic celebri nunquam tibi non uenerandus honore,
 Hic tibi perpetua laude uehendus erit.
 Cuius & illustris cœlo se gloria tollit,
 Impleat ut meritis solis utramq; domum.
 Ore feras grates licet, & non immemor unquam,
 Tu tamen assiduus debitor huius eris:
 Sed Deus huic grates (qui tâ pia facta uidebit)
 Pro bene placato munere semper aget.
 Doctorisq; tui, prægrandia, iure uerendi,
 Semper inoblita, munera mente colas:
 Corde quod ex imo tibi prospера cūcta precetur,
 Ipse quod ac in te corda paterna gerat.
 Hoc studet, hoc unum cūctas meditatur in horas,
 Semper & hoc solum nocte dieq; cupit.
 Utq; geras sanctæ fœliciter arma Minerue,
 Et tuus in cœpto puluere pergit equus:
 Artibus atque tuos animos informet honestis,
 Imbuat & mentes in pietate tuas.
 Nosce piam mentem, diuinos nosce labores,
 Semper & his grata mente fruare bonis.
 Sit liber exiguis quamuis, tamen ille, benigno
 Si capias animo, non leue munus erit.
 Semper & his meritū, grata cum mēte, repēdas,
 Qui cupiunt studijs consuluisse tuis.

Hæc etc.

Hæc etenim multo res est gratissima cunctis,
Nilq; magis poterit per placuisse Deo.
Sic eris & fœlix, ueris ad prospera fatis,
Sic ueniet rebus mollior aura tuis.
Nam Deus ad Stygias ingratos deuouet undas,
Peius & ingrato nil uagus orbis habet:
Quē mare, quē tellus, quē fulgēs dānat olympus,
Et quem Tartarei respuit aula ducis.
Tā grauis est scelerū uindex Deus, atq; malignis
Tam diuina graues parturit ira minas.
Rursus at egregijs gratos uirtutibus ornat,
Quas non ulla satis lingua referre potest.
Rebus & in cunctis illis prosperrimus adstat,
Præstat & æternæ gaudia summa schole.

A D E A N D E M.

Λάχισταινε νυν χρηστῷ φιλόμασε θελήματί βιβλον,
κιν γε λατήχησιν τοι λαλέσσοι σοφοί.
χριστού μονὸν μορφόν τε πόνοιο γένωσε χερίσμα,
ταῦτα ρά, φράξεισαι χρὴ μετά, θῶρα φρεσὶ.
ἄγλασσά εδει θεῷ αγίῳ μὴν μένει λαύσεις,
λαὶ ἔσται σέσθον λεπήγυνα διέρρει θεῷ.
πρόσθεσο τούτε χεριν θαροις πλέγοισι τῷ ἄββᾳ,
χρηστά σοι εἰν πᾶσ' ὅς πολλὰ τε διώργα φέρει.
ἴλαοι λαγίω παιδιστῇ λαὶ ἔχε θυμόν,
ὅς σοι εὐθύμως ὄλβια παύτα φεονται.
λαὶ αὐτοῖς σὲ λαλῶμεν τὰ μαθήματά λαλάσσονται
λαὶ λοσμοῖς αγαθοῖς σῆστρόποιοι νόον. (οὐδ,
ἔξολω)

δέξιλιον οὖν χαρίτας σὺ πρόσφορε ἡγορί πολλάς,
καὶ ἐρχεται ὡς γε λαλῶς πράγματα σεῖο βιώ.
Ἄλλε τις σὸν δικίμων μεσῶρ ἐπιβαίνει σιελῆς,
ποιήσει δὲ γαθῷ λακ φίλας ἐργαθεῷ.
τοῖς δύαθοῖς ρὰ θεὸς χαρίτος χαρίτηρ αὐτὶ σίδωσι,
ἄλλα ἢ δεινοτάτην τοῖς ἀχαρίσι διηνέ.

Ioannes Gasmannus
Eldricensis.

AD CHRISTIANAM IV. uentutem προβεπτίδου.

Αὐθρώπωρ μηδεὶς μίναται πειθύνος εἶναι,
εἰ μὴ, ἃ μέν πιστῶρ εἰδούσι εἴσι, μάθη.
λακ λιλαχῆς παύτως ὅς τυγχάνει ὡν αἰλαχίμωρ,
αὐθέρος δὲ μίναται χαρίματα αὐτος ιδεῖν.
ἔτσι ἢ θεατεσίν λεφάλωια λιλάγματος αὐτὰ,
εἰ φρεσὶν ἀττῆα βροτῷ αὐθίρι πρέπει γε θέμην.
ἔτσι λράσειρ πρῶτα πρὸς τοῦς πέλας, ἄλλε αὔκηζε
Θεῖορ, αἰειζώωρ ὅσος ἐπέλσυσε πατήρ,
γέλιαν τῶν πίστην ἔχωρ εἰς ἀμύτορα αὐτῆς,
εἰσέλθησε βίον ὄρασιον χόρον.
ἄτα λείση ὄπως, πατέρερα πρὸς παύτροφον, σὺν χαῖς,
εἰ γε λακοῖσιν αἱ λείμυνον αὐθίρα, χεῖν.
λακ μάλα τις τοκετὸς λακθαροῖο πέλας ρὰ λοετροῦ,
ἄροσον ὑπὲν μάλες γυνήσια τέννας θεοῦ.
πῶς ἢ ἔχει μίσους ἀφεσιμ, λακ σφάλματος αὐτοῦ,
λακ παράσιτος ἐοις λεῖπνας ἔχῃ μεσίτης.

ταῦτα θεοφραστές πεφάλαια λύγων σὺν βιβλών
λουθῆσι γε τέττυπα παντά περγύδες ἔστω.
καὶ ιρατία φιλέων, καὶ συντομος αὐτὴν παρέχεται,
σὺ μάλα τὴν αὐτογνούν σὺ σέο χόρσιν ἔχε.
ἀγουῶν ἐμφανισθεῖται πίστοιο μέμητε,
σῆσιν σὺν φρεσὶν βάλλεο ταῦτα μαθὼν.
καὶ σὸν πρὸς ταῦτα πισταχίην σὺ θαύγασσον ἔψη,
καὶ απὸ τῆς θυμὸρ μηδέν δρύνει ἔδη.
καὶ τότε πυροφόροις λιπῶν φασὶς πελίοιο,
ὑρανίου ἔξεις χαρματα πολλὰ βίσι.
ποιητὴν ἢ τέλος λιστμοιο σέβισε οὐκοῦ,
ὅς νοσθρὸρ τεχνῶν αὐτοῖς ἔστηκε φάσι.

Ioannes Wagnerus
Eldricensis.

AD D. ABBATEM IL- feldensem.

Ηγεμὸν Ιλβέλοντος, ὁρομαγὸς γῆν οἰκατὰ πᾶσαν,
μοχθοῦντος πονήη οἰκαλὸν ἐρειπμα χόρον.
κάμβανε χόρσι οἰκατήχησιν, πιωρῆματα θεῖα
ἢ θαύματος οἰκεναται τῇ νέστητι θόμον.
ομιηρὸμορῆς βιβλίον. Τί ἡ σὺν φρεσὶν αἴτοι θαράτ-
το σμικρῷ σὺ σμικρεῖς πολλὰ σὺντι χάρει. (τεττατετραγενεράτορες)

Ioannes Kelbrensis
Mylius.

ΤΑ ΠΡΩΤΑ ΚΕ-
ΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΧΡΙ-
ΣΙΑΝΙΟΥ ΜΟΥ.

Κατὰ ὅμη τρόπον οἱ παιδαγωγοὶ σῶν αὐτὴν
πᾶσιλας, τὸν δίκαιον λόγους ἀπλόστη-
τα διδαχεῖαι ὄφειλουσι.

ΕΝΤΟΛΗ Η ΠΡΩΤΗ.



Ὑκέσονταί σοι θεοί εἴτε
εσοι πλήν εἰμοι.

τί τέτο λέγειν εἰσι;

Οφέλομέν τὸν θεόν μόνον
ῳδὲ τὰς σῆμά φόβου τε καὶ ἀγαθῆς ἔχειν,
καὶ εἰς αὐτὸν μόνον μελπίζειν.

6.

Οὐ λέγει χρόνομα τίνεισθεού
Γεῦ αὐτὸν ματαίω.

τί τέτο λέγειν εἰσι;

Οφέλομέν τὸν θεόν σῆμά φόβου καὶ ἀγαθῆς
ἔχειν, ὡσε μὴ ᾧδι τελείω ὁνόματι αὐτῷ καὶ
ταραχθεῖν μᾶτις, μήτε ἀδιορκεῖν, μή γονίζειν,
μή σῆμα τίνειν τελείωτελος μηδὲ παταῖν· ἀλλὰ τοῦτο
τὸ θεόνομα γνῶντας δίνοις τεθλίψεις
ῳδὲ πᾶ-

CAPITA PRAE^CI=

PVA CHRISTIANAE
pietatis.

Quo pacto pædagogi suos pueros
Decent precepta simplicissime
docere debeant.

PRIMVM PRAECEPTVM.

NON habebis deos alienos coram me.

Quid hoc sibi uult?

Debemus Deum supra omnia
timere & diligere, & illi soli confidere.

II.

Non assumes nomen Domini
Dei tui in uanum.

Quid hoc sibi uult?

Debemus Deum timere & diligere, ne
per nomen eius maledicamus, iuremus, in-
cantemus, mentiamur, aut dolis fallamus: sed
in omni

άνδι τῶσιν αἰτιαλέην, οὐ πολλαῖς δεκάσοι τοῦ προσδυχᾶς τοῦ ὑμνούς μετὰ σύχαρειας συλεγεῖν.

Μέθητί τινὶ οὐμόραν τὸν σαββατωρὸν ἀγιάρειν αὐτὶν.

τί τοῦτο λέγειν εἶ;

ὁ φείλειμνος τὸ θεόμορφό φόρεσσε ἀγάπης ἔχει, ἵνα δὲ μὴ ἀμελεῖτε ηὐλαφρονῶμνος τῷ θείῳ λόγῳ, τῷ δὲ συγγελικῷ μηλαδίκῃ ρυγμάτων· ἀλλὰ τοῦτο ἄγιος οὐ σεμνάτεχωμνος, οὐ ἀπιμελῶς αὐθιάζοντες ἀκόσιωμνος τοινθανωμνος.

Δ.

Τίμα τὸ πατέρα σου, οὐ τινὶ μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γρύνηται, οὐδὲ αἱ μακροχεόνιοι γρύνηται τὸ γῆς τὸ ἀγαθῆς, οὐδὲ λίνει οὐδὲ θεός σου δίδωσι σοι.

τί τοῦτο λέγειν εἶ;

ὁ φείλειμνος τὸ θεόμος ἀνδι τῶσι φοβεῖας οὐ ἀγαπαῖ, ἵνα τὸ γονέων οὐκαὶ τὸν κυρίων οὐμῶμνος μὴ ἀμελεῖτε οὐδὲ λιγαροῦτες, αὐτὸν παροξεύωμνος, οὐ πέρ τὸ οργιζεῖας πετρόπωμνος· ἀλλὰ ἵνα αὐτοὺς σῆμα πολλῆς πιμῆς ἄγοντες, οὐαργυρῶμνος αὐτοῖς, τοῦ πεθόμνοι αὐτοῖς

ἀπέφε-

in omni necessitate illud inuocemus, adoremus,
 & cum gratiarum actione laudemus.

III.

Memento ut diem Sabbati
 sanctifices.

Quid hoc sibi uult?

Debemus Deum timere, & diligere, ne di-
 uinos sermones, eius uerbum, contemnamus:
 sed ut sanctum reputemus, libenter audiamus,
 & discamus.

III.

Honora patrem tuum, &
 matrem tuam: ut sis longaeuus
 super terram, quam Dominus
 Deus tuus dabit tibi.

Quid hoc sibi uult?

Debemus Deum timere & diligere, ne
 parentes & dominos nostros contemnamus,
 neque ad iram commoueamus: sed honore af-
 ficiamus, illis seruiamus, morem geramus,

c 2 amore

τεστι φιλοιωντες τε Και αισθαιντες στρατειλωμιν.

ε.

οὐ φουστεις.

τί τοῦτο λέγειν εἰ;

ὁ φέλοιλν ἢ θεὸν σοργει τε καὶ φοβεῖθαι,
ὅτε δὲ μὴ τῷ πλησίον βίῳ καὶ σώματι ποσαν
πράσκονται γένεται, μηδὲ αὐτὸν οφειται εἰμιτάλει;
αλλὰ αὐτῷ ωφελεῖται, καὶ πεθόμενος βούθαι
αὐτῷ γένεται πᾶσι πάσι τῷ βίῳ αὐτογάκαιοις.

σ.

οὐ μοιχούσεις.

τί τοῦτο λέγειν εἰ;

ὁ φέλοιλν ἢ θεὸν φοβεῖθαι καὶ ἀγαπαῖ, ἵνα
μετὰ σεμνότητός τε οὐδὲ σωφροσύνης, ἀλλα
ἢ γένεται λόγοις, ἀμαχέται γένεται πάσι τῷ βίῳ
ἢ βίῳ ήμῶν στρατειλωμιν, καὶ εἰκασθεται αὐτῷ
γενναῖον σύζυγον αὐτοῖς σοργει τῷ πιμῶν
δὲκ απαγορεύειν. 2.

οὐ ιλέψεις.

τί τοῦτο λέγειν εἰ;

ὁ φέλοιλν ἢ θεὸν φοβεῖθαι Και αὐτοπάθη, ὅτε
δὲ μὴ τῷ πλησίον ήμῶν γρήματα Ταῦλα
νταχέρχονται κλέπται οὐδὲ οὐφαειται, μήτε τοι
αδίκως εἰμιπορίας ποιεῖται οὐ φανατίζει, οὐδὲ
πράγμα-

amore eos prosequamur, & magnificiamus.

V.

Non occides.

Quid hoc sibi uult?

Debemus Deum timere & diligere, ne uitæ proximi nostri incommodemus, aut ægrefaciamus: sed illum adiuuemus, & promoueamus in omnibus uitæ necessarijs.

VI.

Non mœchaberis.

Quid hoc sibi uult?

Debemus Deum timere & diligere, ut castè & pudicè uiuamus in uerbis & operibus, & unusquisque suam coniugem amet & honoret.

VII.

Non furtum facies.

Quid hoc sibi uult?

Debemus Deum timere & diligere, ne proximo suam pecuniam, aut bona sua auferamus, neque falsis mercibus aut impo-

πρωτημασι ἀδίκησις γρῆσθ, οὐδὲ διμῶν πέντε
γαγένεται· ἀλλὰ τὸ πλεῖστον ποιεῖται συντίτι, γένεται
τὸ τέλος πλησίου γρήματος, Καὶ τὸ ἀλλαχείρας
θάνατος τόπος ὁ φελεῖται, καὶ οὐδὲ διέλιπον
ἀνθρώπων αὐτούς.

η.

οὐ τὸν δοῦλο μαρτυρήσεις οὐτε τὸ πλη-
σίον δικαίωμα μαρτυρείαν τὸν δικαίον:

τί τοῦτο λέγεται εἰσὶ;

ὁ φείλος νοῦ θεῷ φόβος οὐδὲ πάπις οὐ-
χεῖ, ἵνα δὲ μὴ τὸ ταύτας διμῶν τὸν διώσ-
τοιδωμάτιν, Καὶ τὸν δικαίον οὐδὲ πλεῖστον
στρέψατοντες οὐδὲ λειτέροις τοῖς εὐπλεκομένοις,
μηδὲ τὸν δοῦλο μαρτυρεῖν δωμάτιν· ἀλλ' αὐτὸς προάγη-
τος οὐτε τὸ λειτέρον μείνων ξεχωρίνει, οὐδὲ τὰ μάλι-
στα δύναμα οὐδὲ πάλιστα ποθεὶς αὐτὸς πελέγει-
μένοις, Καὶ τῶν ταῦτα τὰ αὐτοράτα Καὶ πακτεῖς τὰ αρ-
τα πρέπωμέν Καὶ ἐκπιδῶμέν.

θ.

οὐκ ἀδιθυμήσεις τὴν οἰκίαν τοι
πλησίον δικαίωμα.

τί τοῦτο λέγεται εἰσὶ;

ὁ φείλος νοῦ θεῷ φόβος εἶδες καὶ οὐδὲ πάπις,
ἵνα δὲ μὴ τὸν τοῦ ταύτης πλησίου μαρτυρεῖν τοις, μηδὲ
ὑρέξεις τανάτος πέντε τὸν αὐτὸν ξεχωρίτες, λακυβαίνω-
μένοις,

stura ad nos pertrahamus : sed demus ope-
ram, ut illius opes conseruentur, & eius con-
ditio melior reddatur.

VIII.

Non loquēris falsum testi-
monium contra proximum tu-
um;

Quid hoc sibi uult?

Debemus Deum timere, & diligere, ne
proximum falsis mendacijs inuoluamus, pro-
damus, traducamus, aut infamia aliqua af-
ficiamus : sed illum excusemus, aliquid boni
de eo loquamur, omnia in meliorem partem in-
terpretantes.

IX.

Non concupisces domū pro-
ximi tui.

Quid hoc sibi uult?

Debemus Deū timere, & diligere, ne hæredi-
tatem uel domum proximi dolo malo capte-
mus, aut

μεν π., μηδὲ σῆς πραγμάτων μίκρου διόπτρα
χεῖ ήμῶν προσέπισμαν ἀλλὰ πλεύσησιν
ποιεῖτες αὐτούς λέγεται, ὅτε γνῶθετο τὸ
ήμῶν πλησίον σῆσσον εἰδεῖς τοιούτοις,
πεθέμως ήματες έχει.

οὐκ ἀδιθυμήσεις τὴν γωνίαν τῆς
πλησίον σῆς, οὐδὲ τὸ ἀγρόματό τοῦ, οὔτε
τὸ πᾶνδα αὐτοῦ, οὐδὲ τὴν παρελίσκων
αὐτοῦ, οὔτε τὸ βοὸς αὐτοῦ, οὔτε τὸ θω-
ρυγγίς αὐτοῦ, οὔτε τοῦ θαύματος καίνυσσας αὐ-
τοῦ, οὔτε ὅσα τοι πλησίον ζεῦ δέστη.

τί τοῦτο λέγειν ἔστι;

τὸ μὲν φοβεῖται καὶ ἀγαπᾷ ὁ φέλος,
τὸν δὲ μὴ τὸ τελαῖς ήμῶν γωνίαν, ηὔλευς,
ηὐτομέτερας, η τὰ βοῦς σῆς, τὸ διόπτρα παλλο-
ῦτα μεν καὶ ἄκαπτα μεν ἀλλὰ πράσινα μεν, καὶ
ἐπ' οὐνοίᾳ προπρέποντες νυθεῖτα μεν πέτρας
πράξιμά τοι, καὶ τὸ πεστίνην τε καὶ δίονυσον καὶ
μίκρους ὡς πιστάτα ποιεῖν.

Τ Ι Δ Ε Ο Λ Ο Σ Ο Θ Ε Ο Σ Λ Ε-
γιώρι τέτων τῶν σύζυγων πασῶν:

τοις λέγει Εξόδος. κ.

ἴγαν εἴμι κύριος θεός σῆς, θεός
ζεύς.

mus, aut sub specie recti nostris facultatib. adiungamus: sed detur opera sedulò, ut ista proximo diligenter custodiantur.

X.

Nec desiderabis uxorem eius, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

Quid hoc sibi uult?

Debemus Deum timere & diligere, ne proximo uxorem, seruos, ancillas, uel pecudes suas ab alienemus, aut abstrahamus: sed illos adhortari oportet, ut maneant, & suum officium diligenter faciant.

Q V I D A V T E M S V M M A -
tim dicit Deus de his præceptis
omnibus?

Sic dicit Exodi x x.

Ego sum Dñs Deus tuus, for
c 5 tis zelo-

42

ζηλωτής, ἀχρήσιμος ἀμαρτίας πα-
τέρων ἡδὶ τίνα, ἢντι τρίτην καὶ τε-
τάρτην γειτεῖν πτῖσ μισθοῖ με· Εἰ
ποιεῖται εἰς χιλιαδίας, τῆς ἀ-
γαπώσι με, καὶ τῆς φιλάσσοι τὰ
προσάγματα μου·

τί τέτολέγεται ἐστι;

πιμωρίας γίνεται θηρίος, ὃς δὲ μένοτά-
ται καὶ μεγίστας ἡδιτίνης πᾶσι καὶ ἀδικού-
σι πράγματα· καὶ τῶν πάσιν οἱ Λυτεῖς πράξεις·
καὶ οὐκοῦ οὐτε γίνεται ἀμαρτίανθος. Γροσίκη
οὖν τῶν, καὶ πρέπει, ὡς εἰς τὸ θεόρημα φέβεται
καὶ αὐτοῦ ἔχοντος μάτιαντος, σὺ μὲν οὐτε
τάταρη πλημμελεῖας ζεῦς, οὐ ποτε μάτια τοῖς
τοῖς γίνεται θηρίοις. πράγματα τὰ μάτια,
τῶν πάσιν τοῖς τάτοις γίνεται μαστιχὴ μελίουσιν
τὰ μάτια χάρει, καὶ τῶν ταχαίγαθα. τῶν
τοῖς οὖν δύο θεόντων διάγαγόντος εἰς τὰ μάτια
ἡδὶ τῶν πάσιν ἔχοντος καὶ ἔγειρος ὀφείλειν, καὶ πάν
τα τὰ γίνεται τάτας τῶν γίνεται τάταλ-
μεια στρατηγῶντος, καὶ οὐλη τὸν ἄμμον
βίον οὐτε ταῦτα προσάγματα κατέχε-
θουντος στρατεύειν.

ΟΤΙ

tis zelotes , uisitans iniquita-
tem patrum in filios,in tertiam
& quartam generationem , eo-
rum qui oderunt me : & faci-
ciens misericordiā in milia, his
qui diligunt me, & custodiunt
præcepta mea.

Quid hoc sibi uult?

Deus minatur poenam omnibus, qui ista
præcepta transgrediuntur . Debemus itaque
expauescere , & timere iram Dei , & nihil
contra huiusmodi præcepta facere . Rursus
promittit etiam suam gratiam & omnia bo-
na, omnibus qui mandata obseruant . Me-
ritò igitur debemus nos Deum diligere , &
illi confidere , & iuxta mandata eius om-
nem nostram uitam sedulò ac dili-
genter instituere.

Q V O' D

Ο ΤΙ Ο ΝΟΜΟΣ ΑΠΑΙΤΕΙ ΟΥ
μόνορτιν ἔξω, αλλὰ μᾶλλον οὐαὶ τινῶν
εἰτὸς ὑπανοίν.

Ματθ. ιβ. Αγαπήσεις κύριου τὸ θεόυ σας γὰρ ὅλη Καρδία σας, καὶ γὰρ ὅλη Φυχὴ σας, Καὶ γὰρ ὅλη σῆμανοισε σας. αὕτη δὲ μερώσην ἡ μεγάλη γένος λόγος. Μόνος τοῦτος ἡ δύναμις αὐτῆς· αὐτοπήσεις τῷ μη πλησίου σας ὡς σεαυτῷ. γὰρ ταῦτας ταῖς θυσίαις γίνονται λαῖς ὅλες ὁ νόμος Θεοῦ οἱ προφῆται Κριτικαντοί.

Ματθ. ιι. ἐγὼ δέ τις λέγω ὑμῖν, ὅτι ταῖς ὀβλέπων γυναικαῖς περὶ τοῦ ἀδιθυμῆσαι αὐτῷ, οὐδὲ εἰμοίχονται αὐτῶν γάρ την τῆς Καρδιᾶς αὐτῷ.

Ματθ. ιι. ἐκ γάρ της καρδιᾶς δέδρονται σῆμανοι πονηροί, φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, πλοπαί, Φύσεμαρτυρεῖαι, Βλασφημίαι: ταῦτα δὲ τὰ ιψινοι αἴτια τῷ μη αὐθρωπού.

α. τιμ. η. οὐδὲ τὸν θεόν προσεγγελίας δέδρον, αὐτάπειρος εἰς καταρράξιας καρδιᾶς καὶ σωσιμότερον αὐτοῦ, καθάπερ, καὶ πίστεως ἀνυποκρίτου.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΧΡΗΣΕΩΣ τοῦ νόμου.

ΠΡΩΤΗ.

α. τιμ. η. Οἶδαμεν δέ, ὅτι οὐαλὸς ὁ νόμος Θεοῦ, οὐαὶ τοῖς αὐτοῖς νομίμως γρῆται, εἰδὼς τὸντο, ὅτι δικαίων νόμος

QVO'D LEX REQVIRAT
internam & externam obe-
dientiam.

Diliges Dominum Deum tuum, ex to- Matth.22.
to corde tuo, & in tota anima tua, & in to- Deut.6.
ta mente tua. hoc est primum & magnum
mandatum. Secundum autem simile est huic:
Diliges proximum tuum, sicut teipsum. In his
duobus mādatis tota lex & prophetæ pendent.

At ego dico uobis, quòd quicunque a- Math.5.
spexerit uxorem alterius, ad concupiscendum
eam, iam mœchatus est cum ea in corde suo.

Nim ex corde exeunt cogitationes ma- Math.15.
læ, cædes, adulteria, stupra, furtæ, falsa testi-
monia, conuicia. Hæc sunt quæ impurum red-
dunt hominem.

Porrò finis præcepti est, charitas ex pu- 1.Tim.1.
ro corde, & conscientia bona, & fide non si-
mulata.

DE VS V LEGIS.

Primus.

Scimus autem, quòd bona sit lex, si quis 1.Tim.1.
ea legitime utatur: sciens illud, quòd iusto
lex

νόμῳ δὲ καὶ τῷ αὐτῷ μοις ἡ καὶ αὐτὸν ποτέ ποιῶντος,
πεσεῖσθαι καὶ αἱμαρτολεῖς, αὐτοσίοις καὶ βεβή-
λοις, παῖδες λείας οὐ μητραλείας, αὐτῷ οφό-
ντος, πόρνοις, αἴρσυντοις, αὐτῷ αποδί-
σταις, Τύρισταις, ἀδιόρκους, καὶ εἰς τὸ έτορον τῆς
ὑγιανότητος διδάσκαλία αὐτίκεται, οὐτὶ τὸ
ζευγέλιον δὲ σέξης τοῦ μακαρίου θεοῦ, ὁ
ἀδισβίθια ἐγώ.

ΔΕΥΤΕΡΑ.

- φάμ.γ. Οὐδὲ γαρ νόμου επίγνωσις ἀμαρτίας.
 φάμ.δ. οὐ γαρ νόμῳ δέγειν παῖδες γάλεται. οὐδὲ
οὐκ δένι νόμῳ, δέπει πράξεις.
 φάμ.ε. Νόμῳ δὲ πράξεις ηλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ
πράξις.
 φάμ.β. Καλλὰ τὴν ἀμαρτίαν οὐκ ἔγνωψ, εἰ μή σῆς
νόμος. χωρὶς γαρ νόμου ἀμαρτία νεκρά.
 γέν.γ. Σίς αὐτή γειλέ Βι, ὅπι γυμνὸς εἰ, εἰ μή ἀρ-
τοι ξύλου, δὲ γνετελάμια Βι τόπου μόνος μή
φαγεῖμ, ἀπ' αὐτοις ἐφαγεσ;
 π.λο.η. Τὸ δὲ καγύρωμα τοῦ θανάτου, οὐ ἀμαρτία. οὐ
δὲ Λιώαμις δὲ ἀμαρτίας, οὐ νόμῳ.
 γαλ.γ. οὐτε οὐ νόμῳ παραμεγάγος ήμῶν γέγο-
νην εἰς χριστόν, ἵνα εἰκότες
δικαιωθῶμεν.

ΠΕΡΙ

lex nō sit posita, sed iniustis & inobsequētibus,
impijs & peccatoribus, irreuerentib. & prophā
nis, parricidis & matricidis, homicidis, scortato
ribus, masculorum concubitoribus, plagiarijs,
mendacibus, periuris, & si quid aliud est quod
sanæ doctrinæ aduersetur, secundū Euangeliū
gloriæ beati Dei, quod concreditum est mihi.

Hic locus do
cet de usu pæ
dagogico, seu
politico Le
gis, qui est, ut
coherceātur
dis ipsiō o
mnes homi
nes, etiam nō
renati, ne ex
terna delicta
committant,
Ph. M.

Secundus.

Per legem enim agnitio peccati.

Ro.3.

Lex iram operatur. Siquidem ubi non est
lex, ibi nec transgressio est.

Ro.4.

Cæterū lex obiter subiit, ut abundaret de
lictum.

Ro.5.

Sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Ro.7.
Absq; lege peccatum erat mortuum.

Quis indicauit tibi, quod nudus es: nisi à Gen.3.
ligno, quod præcepi tibi hoc solo non comedere
re, ab eo comedisti?

Aculeus autem mortis, peccatum: potentia 1.Cor.15:
uerò peccati, lex.

Itaque lex pædagogus noster fuit ad Chri- Gal.3.
stum, ut ex fide iustificaremur.

Hic est spiri
tualis & pre
cipuus ulius

legis, ut ostendat peccatum in toto genere humano: accuset, perterre
faciat, & damnat omnes homines, in hac corruptione naturę: ut gratiā
propter Christum promissam amplectantur. Ph. N.

ΠΕΡΙ ΤΕΛΟΥΣ ΤΟΥ
νόμου.

ρωμ.ι. Τέλος γένεται νόμος χριστός, εἰς μίκρωσσάκα
παντὶ τελείωσιν.

τατ.γ. χριστός οὐκακτός δημηγόρας σημεῖον εἰς κατάρας
τοῦ νόμου, γνώμην θεωρεῖται οὐκακτός.

ρωμ.γ. ἀλλακτὸν νόμον οὐκακτός εἰς πίεσιν.

ιων.β. ὅτι γὰρ αὐτῷ κατοικεῖ τοῦτο τὸ πλήρωμα
διὰ θεότητος σωματικῶς, οὐχὶ ἐσεῖται γὰρ αὐτῷ
πεπληρωμένοι, ὃς δὲ τοῦτο οὐκ εφαλὴ πάσιν αρ-
χῆς καὶ δημοσίας.

τατ.δ. ὅτε ἡ ἀλθεία τὸ πλήρωμα τὸ χρόνον, δημοπίσθι-
λην οὐθεός τοῦ ψόδου αὐτοῦ, γνώμην οὐκ γυμνα-
κτός, γνώμην οὐκ ὑπό νόμου, ἵνα τοῦτο τὸ νόμον
δημοποιήσῃ, ἵνα τὰς ψόθεσίαν ἀφλάτωμαν.

ΟΤΙ ΤΑ ΓΑΡ ΗΓΓΕΛΜΕ-
ΝΑ ΤΩΡΟΥ ΡΗΜΑΤΑ ΤΟΥ ΘΕΟΥ, ηγένετο νόμος, μό-
νον των ιερέων θεῖται.

Δαν.ι. οὐ πεδίσετε πόδες τὸ βῆμα, οὐ γάρ γένεται
λειμανόμενον, οὐκ οὐκ αὐτοὶ λειπεῖτε απ' αὐτοῖς.

Δαν.γ. οὐκ ἐκκλινεῖτε δέξια, ζετε αριστρά, οὐδὲ πᾶς
σαν τὰς δοδούς, λέγετε τέλατο θεού κανένα θεόν
θεός θεού, πορθείαν διαγένεται.

κ.β. αὐτοκατάρατος τοῖς αὐτοῖς θεωποῖς, ὃς τις δὲ
εμμένεται.

DE PERFECTIONE SEV
impletione legis.

Nam perfectio legis C H R I S T V S est, Ro.10.
ad iustificationem omni credenti.

CHRISTVS nos redemit ab execratio. Gal.3.
ne legis, dum pro nobis factus est execratio.

Imo legem stabilimus per fidem. Ro.3:

Quoniam in illo habitat plenitudo Dei. Col.2.
tatis corporaliter: & estis in illo completi,
qui est caput omnis principatus & potestatis.

At ubi uenit plenitudo temporis , emisit Gal.4:
Deus filium suum , factum ex muliere , fa-
ctum legi obnoxium , ut eos qui legi erant ob-
noxij redimeret , ut adoptione ius filiorum ac-
ciperemus.

Q V O' D Q V A E V E R B V M D E I
& lex mandat , ea tantum
facienda sunt.

Non addetis ad uerbum , quod ego præcipio Deut.4.
uobis , & non auferetis ab eo .

Non declinabis ad dextrā , neq; ad sinistram , &
secundum omnem uiam quam præcepit Domi-
nus Deus tuus tibi , ambulare in ea .

Maledictus omnis homo qui non perma- 27.
d. nebit in

Ἐμπλέκεται τοῖς λόγοις τὸνόμος τότου, τῷ ποιητακαὶ αὐτοῦ. οὐκέτε τὰς ὀλαχός, γράφοιτο.

μητρ. 13. οὐτοῦ δὲτοι μόνος μου ἀγαπητός, γνῶθι δὲ
δίκησα, αὐτοὶ ἀκούετε.

ταλ. α. ἀλλὰ καὶ ἐανὶ μῆτρις, οὐδὲ γελοῦ δὲτοι
διαγγελίζηται υἱῷ, πᾶν δὲ δικηγελισάμεθα
υἱῷ, αὐτόθιμα τοῦτο.

α. Ιω. 5. εἰ τὸις δράχεται πόσις υἱός, καὶ τάχτων
πλακτικὸς φορέα, μὴ λαμβανετε αὐτὸν εἰς οἴ-
καν, καὶ χαίρετε αὐτῷ μὴ λαλετε.

ΚΑΤΑ ΟΝ ΤΡΟ- ΠΟΝ ΟΙ ΓΑΙΔΑΓΩΤΟΙ ΤΟΥΣ αὐτῶν πᾶσιν τὸ σύμβολον τὸ ἀρχα- λικόν μήδαξε ὁ φέλοςτιμος.

μέρος πρώτον, πρὸτερη τῷ παύτῳ
ποιήσεως.

Πιστώεις θεὸν πατέρα παῖδα
κράτορα, πριντὶς δρανδεῖ γῆς.

τί τότο λέγειν ἔστι:

Πιστώ, εἰ μὲ πᾶσα τὸ θεῖον, οὐδὲς οὐ παῖδα
τὰ ἀλλακτίσματα τε πλασμάτικα τοῦ
χάνδρου στά. οὐδὲ τὸ εἶμοι τὸ τὸ σῶμα τε
τῶν

nebit in omnibus sermonibus legis huius, ut faciat eos: & dicat omnis populus, Fiat.

Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene placitum est: hunc audite. Matth.17.

Cæterum etiam si nos, aut angelus è cœlo Gal.1. prædicauerit uobis Euangeliū, præter id quod prædicauimus uobis, anathema sit.

Si quis uenit ad uos, & hæc doctrinā nō affert, 1.Ioan.2. ne recipiatis eum in domū, nec Aue ei dixeritis.

QVO PACTO PAE DAGOGI SVOS PVEROS

Symbolum Apostolicum simplicissimè docere debeant.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Creatione:

Credo in Deū patrē omnipo-tentem, factorem cœli & terre.

Quid hoc sibi uult?

Credo, quod D E V S creauit me, una cum omnib. creaturis. Quod corpus & animam,

d 2

ma complecti uoluerunt. quod quia manifestū est, non multa probatione indiget. Certum enim est, esse apostolicæ doctrinæ capita, quæ ita ab apostolis propter Ecclesiam collecta sunt, & tanquam per manus nobis tradita & conseruata. Apud Græcos tamen Ecclesiasticos scriptores, qui plerunque uetustiores sunt Latinis, nihil certi de eo symbolo reperitur.

Duodecim isti articuli, qui sunt capi ta Christianæ & Apostoli cæ doctrinæ, cum qua & in omnibus conueniunt, duodecim Apostolis tribuuntur: ut sit Petri, Credo in unum Deum patrem omnipotentem. & reliquorū reliqui, quib. antequam se parabant, do cinam Christianam breui quadam sum-

τῇ Φυχίᾳ, τὸς τε ὁφθαλμὸς, τὰ ὕπτα, καὶ
ταῦτα τὰ ἄλλα μέλη, οὐ πότε τούτοις λόγοι,
καὶ τὰς ἄλλας Φυχικὰς διάναμψις γνωθεῖται
ναι· καὶ ὅτι πόστετο εἰ μὲ στραφυλάτηρι δι-
πολήγε. ἐπὶ δὲ, ὅτι τὰ γνῶματα, Καὶ οὐαὶ,
μόρι, Καὶ τὰ φαγῆματα, Καὶ τὸ οἴκος, οὐ τῇ γε
ναικεῖται οὐ τέκνα, οὐ τὸν ἀγρὸν, οὐδὲ βοΐού,
Καὶ ταῦτα τὰ ἄλλα ταῦτα χρήστα, οὐ πότε τῇ
ικανίᾳ τοῖς στραβοφύλακράνται ἔχω, μετὰ δὲ
πορίας μεγίστης δίδωσι. πρᾶξις τοῦτα, ὅτι
οὐτὶ ταῦταρ τοινδιάμωρι Καὶ συμφορῶμ, εἰς δὲς
καθίσταμαι. στραστὴ δὲ στρατηγεῖ· καὶ τοῦτα
ταῦτα στρατηγίστηκαντοῦ αὐτῷ οὐδὲ οὐδὲ τλητοῦ
χάρεμ, οὐ διαταλαγχνοῦ ἔλεου, οὐδὲν δι τοῦτο
αξίας· αὐτὸς οὐ μὴ χάρεμ ἔχειν αὐτῷ, καὶ
ἐπανεῖμ, οὐδὲ ταουργῆμ, οὐδὲ γνῶται ταῦ-
ταρχῆμ, μέτοι δὲτοι. Πιστὸς λόγος.

ΜΕΡΟΣ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

τοῦτος ἀπολυτρώσεως.

Ιαὶ εἰς Ιησοῦν χριστὸμ, οὐδὲν αὐτῷ ἔ-
να, μόνορι θύροις ήμῶμ, συλληφθεῖ-
ται ἐκ πνεύματος ἀγίου, γρυνηθεῖται
ἐκ μαρίας δι πρθεντος· παθόντα αὐτὸν
τοντίου.

animam, oculos & aures, & omnia membra,
 rationem & omnes sensus mihi dedit, & ad-
 huc sustentat. Ad hæc, quòd uestes & cal-
 ceos, cibum & potum, domum, uxorem, li-
 beros, agros, iumenta, & omnia bona, cum o-
 mnibus uitæ necessarijs, copiose & quodidie
 largitur: Me contra omnia pericula protegit,
 & ab omnibus malis liberat ac custodit. Et
 hæc omnia, ex mera sua paterna & diuina bo-
 nitate & misericordia, sine ullis meis meritis,
 aut ulla dignitate. Pro quibus omnibus illi
 gratias agere, pleno ore laudem tribuere, inser-
 uire, obsequi, merito debeo. Hoc certissime ue-
 rum est.

ARTICVLVS SECUNDVS.

De redemptione.

Et in I E S V M C H R I-
 S T V M , filium eius unicum,
 Dominum nostrū, qui concœ-
 ptus est de spiritu sancto, natus
 ex Maria uirgine : passus sub
 d 3 Pontio

ποντίς τιλατά, σαρεωθήντα, θανόντα, οὐκά ταφήντα. Ιατρολθόντα εἰς ἀδίλω, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνασάντα ἐκ νεκρώμ. ἀνελθόντα εἰς οὐρανὸύς, οὐ θεόμβορος δὲ μεξιᾶ το πατρὸς παντοκρατόρος, ὅθεν μέλει ἔχειν τα κρῖναι γεννητας οὐκά νεκροὺς.

τί τότε λέγειν ἐστι;

τισθίω τὸ Ιησοῦ χριστὸν, τῷ ψαλμοῦ θεῷ, ἐκ τοῦ αἰδίου πατρὸς πέρα τῶν των αἰωνίων γένετα, ὅμως τε τοῦ ἀληθῆ ἀνθρωποῦ, ἐκ τοῦ σίας μαρίας τοῦ αἴρηθεντος, δὲν τοῦ αἰωνιτεχθύντα, ἐμδὲ εἴνη κύριον· τοῦ εἰμὲ τοῦ των επίτρεπτοιού ηγέρθηκαν αδηντα βροτὸν ἀπελύμασε, τοῦ απέλλαγε τασσῷ τοῦ αἱμαρτίων τοῦ ιησοῦ θανάτου, οὐκά δυθρώσε τοῦ σπετανᾶς Βίας τοῦ Διωκόμεως, τὸ χρυσόν τοῦ αργυροῦ ἀποτελέσσεις, αλλὰ τὸ αὖτοῦ ἄγιον ιησοῦ πολυτελέσσεις αἷμα ἐκχύνσεις, οὐκά θανάτου τοῦ ηγέρθηκαν αἴθωσταρού των θώματων, οὐκά ἀπομένας, ἐφ' ὧν εἰμὲ τοῦ αὖτοῦ γένεσις, οὐκά γένεται τοῦ αὖτοῦ βασιλεία μετ' θεοτεοίας τοῦ μηκούσσιν αἰωνίου, οὐκά σφαλείας απελθετούσου, τὸ Βίον μέλαγκον, τοῦ πάθη μηλεύσης. ὡς ηγέρθης ἐκ θανάτου ἀνα-

γένεσις,

Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus. Descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis : inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos.

Quid hoc sibi uult?

Credo, quod I E S V S C H R I S T V S uerus Deus, a patre ante secula genitus : idemque uerus homo, natus ex Maria virgine, sit meus Dominus: qui me perditum & damnatum hominem redemit, & ab omnibus peccatis, a morte, a potestate Sathanæ, liberauit : non auro & argento, sed suo sancto & precioso sanguine, sua que immita passione & morte, ut ego essem proprius suus, & in suo regno sub ipso uiuerem, ac liberaliter seruirem, in perpetua iusticia, & innocentia : perinde ac ipse a morte surrexit,

τάς, γένει τασιλού, ηδὲ πυριβός εἰς τὸν αὐτὸν
τας τὴν αἰώνων. Πιστὸς λόγος.

ΜΕΡΟΣ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ.

Γροτὶ τὸν αἴγιαλον.

Πιστεύω εἰς τὸν δῆμαρ ἀγίου. ἀγίου
ἐκκλησίαν καθολικὴν, ἀγίωρην ποιω
νίαν, ἀφεσιμὸν ἀμαρτιῶν, σαρπὸς αἰνά-
τασιμόν, ηδὲ γὰρ τὸν αἰώνιον. Αμήν.

τί τοῦτο λέγειν ἔστι;

Πιστόνω εἰ μὲ δὲ όδιον γεγονόναι, δὲ δικαῖον
τοῦτο εἰ μὲ πιστόνω τῷ Ιησῷ χριστῷ ἐκ τοῦ εἰ μὲ δι
νάμεως πιστόνδην, μάτε πατέρεματέραν αὐτοῦ
προσελθεῖμ, ἀλλὰ τοῦτο τὸν δῆμαρ ἀγίου εἰ μὲ
οὐχ τὸν αγίον σύναγετο προσεκαλέσατο, ηδὲ
ταῖς αὐτοῖς θεραπείαις παταγούαζόμενον ἐκα-
θαίσεται, ηδὲ τῷ πίστει τῷ ὄρθῳ τοῦ αἰλιθεῖ αγίου
ηθείσησε, οὐ τῷ αὐτῷ εμμελονταί δὲ τούτοις,
ὅμητρόπομη ηδὲ ὅλη τῇ εἰκαλυποίαν δὲ ταύτην
τῷ οἰκτιμένῳ εἴσωθε συγκαλεῖμ, ηδὲ σωσθρού
ζει, τοῦ αἰλιθεῖ αγίου, τοῦ αἰλιθεῖ αγίου, τοῦ αἰλι-
θεῖ Ιησού χριστοῦ οὐχ τῇ αὐτῇ αἰλιθεῖ πίστει σω-
σασθεῖμ, τοῦ αἰλιθεῖ αγίου. Καὶ δὲ τῷ αὐτῷ εἰκαλυ-
ποτοι πάσαις ταῖς εἰ μὲ ἀμαρτίαις οὐ πλημμε-
λήμεσσι συγγνώμηις ἡστηθειμότατα πρέχει.

Λαζαρίας

rexit, uiuit & regnat in æternum. Hoc certissi-
mè uerum est.

ARTICVLVS TERTIVS.

De Sanctificatione.

Credo in Spiritum sanctum,
sanctam Ecclesiam catholicam,
sanctorum communionem, re-
missionem peccatorum, carnis
resurrectionem, & uitam æter-
nam : A M E N.

Quid hoc sibi uult?

Credo, me proprijs rationis meæ uiribus
I E S V C H R I S T O Domino meo fide-
re, aut ad eum accedere, nullo modo posse : sed
Spiritus sanctus per Euangelium me uocauit,
suis donis illuminauit, recta fide sanctificauit,
& conseruauit. Quemadmodum solet totam
Ecclesiam in terra uocare, congregare, illu-
minare, sanctificare, & in I E S V C H R I
S T O per rectam unicam fidem conserua-
re. In qua Ecclesia, mihi & omnibus Christia-
nis, omnia peccata quotidie benignè remittit,

d 5 & nos

καὶ πέρι τόποις γὰρ τῷ ἀμερίᾳ τῷ ἐχάστημε
καὶ τῶν ταῖς πεθυέωταις ὡς τὸν ἄντον ἐγέρει,
καὶ ἐμοὶ καὶ τῶν σινέσι χριστὸν πισθύσιν τὸ
τέλος ἡώλιον θάνατον θάνατον. Καὶ ταῦτα ὡς
ὅπερ πιστάται διπλῶς ἔχει.

ΠΕΡΙ ΧΡΙΣΤΟΥ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΡΟΦΗΤῶν μαρτύρων.

γρ.γ. **K**αὶ ἐχθραὶ θίσσω αὐτὸν μέσην σφι, καὶ ἀλλα
μέσην γυναικός, καὶ αὐτὸν μέσην τὸν αὐτό-
ματός θεού, καὶ ἀντὸν μέσην τὸν αὐτόματον Θεοῦ
δια. αὐτὸς σὺν τηρήσῃ κεφαλήν, καὶ σὺ τηρή-
σεις αὐτὸν πέριβλαν.

γρ.ι.η. καὶ σύλλογοι θίσσονται γὰρ τοῖς αὐτόματοι σφι
